Communicantes Infra actio(nem)
et diem sacratissimum noctis
celebrantes resurrectionis domini nostri
Ihesu Christi secundum carnem. Et me(moriam)...
Hanc igitur oblacionem servitutis nostre
sed et cuncte familie tue quam
tibi offerimus pro his quoque quos
regenerare dignatus es ex aqua
et spiritu sancto tribuens eis remissio-
nem omnium peccatorum. quesumus domine ut...

Pascha nostrum immolatus est. Co(mmunio).
Christus alleluia ita(que) epulemur
in azimis sinceritatis et veritatis.
alleluia alleluia alleluia. Post(communio).
Spiritum in nobis.
Concede quesumus omnipotens deus. ut
qui resurrectionis dominice
sollempnia colimus innovacio-
nem spiritus a morte anime resurga(mus).
Presta quesumus omnipotens deus. ...mus. P(er).
Ut qui resurrectionis do-
minice sollempnia colimus erepcio-
nis nostre suscipere leticiam mereamur.
Presta quesumus omnipotens deus. P(er).
Ut qui graciam dominice resur(rectionis)

BIBL. HELS.

ad uesperum. Zima uetus

resurrectio. Hec est dies nostre

spei huius mira uis diei legis testimo

nio. Hec egyptum spoliauit ⁊ hebreos

liberauit de fornace ferrea. His in arto

constitutis opus erat seruitutis lutum

later palea. Iam diuine laus uirtutis

iam triumphi iam salutis uox erum

pat libera. Hec est dies quam fecit

dominus dies nostri doloris termin

us salutifera. Lex est umbra futu

rorum xps finis promissorum qui con

summat omnia. Xpsti sanguis igne

am hebetauit rufeam amota custo

dia. Iuen... syrus pquo
uerit uer est oruscis iure riguet gaudi
um. Ioseph exit de cisterna ihc redit
ad supna post mortis supplicium. Hic
ductores pharaonis draco uorat ad dra
conis inmunis malicia. Quos igniti
uulnerat hos serpentis liberat enei pre
sencia. Anguem forat innaxilla xpistus
amus z armilla in cauernam reguli.
Manum mittit ablactatus z sic fugit
exturbatus uetus hospes seculi. Hyr
risores helisei dum conscendit domum
dei zelum calui senciunt. Dauid a
repticius hyrcus emissarius z passer
effugiunt. Innaxilla mille sternit

z deriban sua fouent samson mari ...
mum. Samson gaze seras pandit
z asi portas portas scandit montis sup
cilium. Rugiente uoce patris ad sup
ne sine matris tot reuertit spolia.
Cetus ionam fugitiuum ueri ione signati
uicem post tres dies reddit uiuum de
uentris angustia. Botrus cypri re
florescit dilatatur z excrescit sinagoge
flos marcessit z flores ecclesia. Mors
z uita conflixere resurrexit xps ui
te z cum xpo surrexere multi
testes glie. Mane nouum mane letum
uespertinum t[er]gat fletum quia uite
uicit letum tempus est leticie.

1517

Ihesu victor ihesu vita ihesu vite via trita cuius morte mors sopita ad paschalem nos invita mensam confidentiam. Tu qui panis vivus unda vera vitis et fecunda tu nos pasce tu nos munda ut a morte nos secunda tua salvet gracia. Alleluia. Secundum lucam

In illo tempore: Exeuntes duo ex discipulis ihesu: ibant ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab ierusalem nomine emaus. Et ipsi loquebantur ad invicem: de his omnibus que acciderant. Et factum est dum fabularentur et secum quererent et ipse ihesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem eorum tenebantur: ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hii sermones quos confertis ad invicem ambulantes et estis tristes? Et respondens unus cui nomen cleophas: dixit. Tu solus peregrinus es in ierusalem: et non cognovisti que facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit. Que? Et dixerunt. De ihesu nazareno: qui fuit vir propheta potens in opere et sermone coram deo et omni populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes et principes nostri in dampnacionem mortis: et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus: quia ipse esset redempturus israel. Et nunc super hec omnia tercia dies est hodie quod hec facta sunt. Sed et mulieres quedam ex nostris terruerunt nos: que ante lucem fuerunt ad monumentum. Et non invento corpore eius: venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse qui dicunt eum vivere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: et ita invenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum vero non invenerunt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendum: in omnibus que locuti sunt prophete. Nonne hec oportuit pati christum: et ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a moyse et omnibus prophetis: interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant. Et appropinquaverunt castello quo ibant: et ipse se finxit longius ire. Et co